



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum terminus assumptionis sit natura vel persona.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

autoritates eiusdem in litera.

4 R E S P O N S I O . Videnda sunt duo. Primum est, cui conueniat assumere, natura, scilicet, an persona. Secundum est, cui conueniat assumere.

5 Q U A N T U M ad primum sciendum est quod cum assumere idem sit quod ad se sumere, assumptio importat actionem, per quam assumptum vnitur assumenti. Et ideo omne assumens est causa actionis, & unum extremum vniuersitatis, que fit per assumptionem: causa autem dicitur, & id quod agit, & ratio agendi, sicut ignis & calor: quantum ergo ad hoc quod assumens est causa talis actionis assumere conuenit persona diuina tanquam agenti, sed natura tanquam rationi agendi, quod patet quia perfecti est agere, ratio autem agendi est illa perfectio ratione cuius fit actio. Sed perfectissimum in quacum natura est suppositum, vel persona, ergo supposito vel persona coperit actio tanquam illi quod agit. & sic in diuinis, illud quod assumit propriè est persona diuina, perfectio autem per quam conuenit ei talis actio pertinet ad essentiam, quia generaliter omnis actio Dei quae est ad extra est à potentia que est vnu de attributis essentialibus. Assumptio autem est actio ad extra ergo ratio per quam competit persona diuina talis actio est potentia non notionalis, sed essentialis de qua dicit beatus Aug. ad Volusianum quod in mirabilibus factis (sicut est incarnationis) tota ratio facti est potentia facientis. Sic igitur patet quod quantum ad id quod assumens est causa actionis, assumere conuenit persona tanquam agenti, & natura tanquam rationi agendi. Ex quo sequitur quod magis propriè conuenit persona assumere quam essentia vel natura, quia in supposito vel in persona, quæ agit includit essentia, vel natura, per quam agit, in natura vero vel essentia que est ratio agendi non includit persona.

6 Quantum autem ad hoc quod assumens est unum extreum cui vnitur assumptum: sic adhuc assumere coperit tam persona quam natura diuina, perfectius tamen persona, quod patet sic, quia exclusa inherenter similitus est vniuersitate assumptum: cum assumente sicut vnu accidentis cum supposito substantiae. Sed accidens vnitur supposito substantiae, & ipsi natura, ergo natura assumpta vnitur utriusque, scilicet supposito & natura diuina, propter quod sicut filius dicitur incarnatus ita natura diuina dicitur incarnationis secundum Damas. lib. 3, perfectius tamen fit huc vnu cum persona quam cum natura, quia sicut dictum fuit prius dict. i. qu. 2, vnu natura assumpta cum persona est secundum duo, scilicet secundum naturam diuinam, & secundum proprietatem relatiuam. Sed vnu eiusdem cum natura diuina est tantum secundum vnu, & sic patet prius cum competit assumere.

7 Q U A N T U M ad secundum, scilicet, cui competit assumere. Dicendū quod non conuenit ipsi persona, sed conuenit soli natura, non omni, sed creatura. Quod non conueniat persona probatur sic, quia quod assumunt preexistit assumptioni, saltē ordine natura, ergo si persona humana assumetur praे�xisteret assumptioni, & tunc aut in sua assumptione definieret esse persona, aut maneret in personalitate sua. Si definieret esse persona, frustra fuisset illa personalitas. Et iterum persona non fuisset assumpta, quia assumptum manet in assumente. Non obstat quod dicit Inno. 3, quod persona diuina cōsumpsit personam hominis, nihil autem consumit nisi quod fuit, quia illa consumptio non est intelligenda propriè per destructionem personalitatis, sed largè per impedimenti personalitatis que ibi fuisset nisi à personalitate diuina fuisset praeventa. Si tunc maneret non esse assumptio de qua loquitur, quia secundum Aug. de tri. cap. 1, talis fuit assumptio quod hominem faceret Deum & Deum hominem, vel saltē humanum & incarnationem realiter, hoc autem non est possibile, si assumens & assumptum essent distincti personæ, quia quae distinguuntur supposito, vel persona, non predicantur de se inuicem realiter, ergo non est possibile quod persona manus in sua personalitate assumatur. Relinquitur ergo quod sola natura posit assumere, non diuina natura, quia non potest carere sua propria substancialitate. Sed natura humana, non in vniuersali, quia sic non habet esse reale, sed in singularitate. Vnde Damas. 3. lib. dicit quod filius Dei assumpsit naturam humanam in athomo, per athomum intelligentis singularitatem, vel individuationem naturæ, &

non personalitatem. Dicit enim Aug. in lib. de fide ad Petrum, quod Deus naturam hominis assumpsit, non personam. Contrarium autem dicere (scilicet quod persona manus in sua personalitate fuerit assumpta) est error Nestorii, qui posuit in Christo duas personas, vel duo supposita soli vniione affectus coniunctas eo modo solum quo qui adhaeret Deo unus spiritus est, qui error condemnatus est in synodo Calcedonien, & sic patet tertium.

8 Ad primum arg. dicendum est quod non est simile de natura respectu naturæ, & de persona respectu personæ quo ad assumptionem, quia ratione personæ repugnat assumere manente sua personalitate, naturæ autem non repugnat assumere nec assumere, ita ut sit ratio assumendi. Et ita ex nostra parte est repugnans, si natura naturam assumperit predicto modo, sicut est repugnans ex parte assumpti, si dicar quod persona sit assumpta vel persona.

9 Ad secundum dicendum quod assumere, prout conuenit naturæ est commune toti trinitati, quantum ad id quod est ibi actionis, quia tota trinitas fecit assumptionem per potentiam, quia est actus ibi essentia, quantum erit ad id quod essentia est extrema cui vnitur natura, assumpta est assumptioni communis toti trinitati, nec tamen proper hoc potest quod liber persona dici incarnata, quia in illa vniuersitate non consummatur assumptionis, sed in vltiore quae est cum proprietate relativa, quia est propria persona filii, sicut plenus declaratum fuit prius dict. i. quæst. 2.

Q U E S T I O N E S E C U N D A .
Vtrum terminus assumptionis sit natura, an persona.
Tb. 3. p. q. 2. ad. 3. & q. 3. art. 1. & 2.

S E C U N D U M queritur de termino assumptionis, quid sit, natura aut persona. Et arguitur quod vtrumque, quia in actione reciproca idem est agens & terminus, sed assumptionis est actio reciproca. Assumere enim est idem quod aliquid ad se sumere: ergo quod est assumens, est etiam terminus assumptionis. Sed tam natura diuina, quam persona est assumens (vt patet ex precedente quæstione) ergo vtrumque est terminus assumptionis.

2 Item in assumptione, de qua loquimur, non videtur esse nisi tria, scilicet persona, & natura diuina, quibus aliis modo competit assumere & natura humana cui competit assumere, sed natura humana non potest esse terminus assumptionis, quia ipsa solum assumitur ad aliud: ergo natura diuina, vel persona, vel utriusque simul competere esse terminus assumptionis.

3 IN contrarium arguitur, quia finis & agens non possunt coincidere in idem, secundum numerum. Sed tam persona quam natura diuina est agens assumptionem, ergo non potest esse finis vel terminus assumptionis.

4 R E S P O N S I O . Quoniam in eodem instanti fuit natura humana formata, & verbo vniata, tamen alia actione fuit natura humana formata & alia ratione verbo vniata. Quod patet, quia separari possunt adiuvicem. Potuit enim natura humana per Spiritum sanctum formari, & non vnius alteri, & iterum natura humana prius formata opero naturæ posset per Spiritum sanctum de novo vniari persona diuina, amissa sua propria personalitate: & sic sunt duæ actiones, & non una, nec terminus vnius est terminus alterius, quia actiones distinguuntur per suos terminos. Terminus enim formationis fuit ipsa natura humana, vel pars eius formalis, scilicet anima, de termino ergo assumptionis, vel vniuersitatis naturæ humanae cum natura diuina, vel persona procedit solum ista quæstio.

5 Ad quam dicendum est, quod si propriè volumus loqui, assumptio, vel vnu non terminatur ad naturam, nec ad personam, sed ad vniuentem naturam & assumente, vel esse vnu. Quod propriè non terminatur assumptioni ad naturam, vel ad personam, patet sic, terminus non praे�xistit actioni quam terminat. Alioquin frustra esset actio, quia ordinetur ad acquisitionem termini, si terminus sine actione haberetur. Et hoc expresse vult Arist. i. de generatione, ubi dicit quod habitibus praefertibus in materia cessat motus. Ex quo patet quod omnis actio & motus est propriè non habitum. Sed tam natura diuina quam persona praे�xisterunt assumptiones, ergo non sunt termini assumptionis.

Magistri Durandi de

6 Et si dicatur quod locus est terminus motus localis, & tamen præexistit motus. Dicendum est quod locus non est terminus motus localis, sed esse mobilis in loco, ad quem mouetur, seu vbi, & istud esse nō præcedit motum, sed acquiritur per ipsum.

7 Ex eadem radice patet quod vnu naturæ assumpta cum natura & persona assumente est propriæ terminus assumptionis, quia illud solū propriæ est terminus assumptionis, quod acquiritur per actionem. Sed per actionem assumptionis, quantum est de natura talis actionis, nihil acquiritur, nisi vnu naturæ assumptionis, cum natura & persona assumente, ut iam natura humana in se nō subsistat, sed existat in persona assumente, quare &c. Dico autem, quantum est de natura assumptionis, quia si aliqua dona supernatura sit collata naturæ humanae assumptionis: hoc tamen non est ex pura natura assumptionis, sed ex alio dono: ergo sola vnu natura assumptionis cum natura & persona assumente, per quam formaliter natura assumptionis habet esse cum natura & persona diuina, est per se terminus assumptionis.

8 Et si dicatur contra hoc, quia ad relationem non est actio, vel motus, vt dicitur. Physi. talis autem vnu non est, nisi quædam relatio. Est dicendum ad hoc quod sicut vnu fuit lib. i. di. 30. qu. 2. nu. 14. duplex est respectus, vnu, qui est sola denominatio sumpta ex pluribus: & huc sufficit ad prædicamentum relationis, vt similitudo, & qualitas, & huiusmodi. Et talis respectus non est aliqua res præter suum fundamentum, nec ad ipsum potest est motus vel actio. Et de tali respectu vel relatione loquitur Aristo. Physi. Alius respectus est, qui non est sola denominatio sumpta ex pluribus, sed est realis modus essendi, vel per consequens ad fundamento, vt inhærente consequitur per se naturam accidentis, vel per accidens & extrinsecus adueniens sicut vbi, vel etiæ talloco, & tangere & tangi, & tales respectus non semper sunt de prædicamento relationis, & ad eos potest esse & est verus motus, sicut motus localis est ad vbi, tanquam ad terminum extrinsecus, qui locato acquiritur & est in eo. Est enim circumscripicio corporis à loco: locus autem non est terminus motus localis, nisi extrinsecus. Similiter corpora distatia, per motu locali alterius, vel ambo sunt propinquæ, & se tangentia. Et ad hoc terminatur motus, quanvis tangere & tangi non sint, nisi reales modi essendi & quidam respectus extrinsecus aduenientes, nec pertinent ad prædicamentum relationis. Eodem modo cum esse vnu sit quidam realis modus essendi ad ipsum potest terminari actio vel motus. Sed ad vnuum de qua nunc loquimur, quæ est humanae naturæ cum natura & persona diuina, non potest terminari actio naturalis, sed sola diuina quæ potest natura humana dare nouum modum essendi, sicut dat accidenti in facramento altaris: sic igitur natura assumptionis & natura & persona assumptionis sunt quidam extrema vnuionis, sed non propriæ terminus assumptionis, sed solum ipsa vnu.

9 Veruntamen quia ratione vnuionis aliqua coiuerunt dici vnu, quā nō omnino propriæ (magis enim debet dici vnu, quā nō vnu.) Ideo secundū confuetum modū loquēdi potest dici vnu terminata est ad vnu, vel ad vnuitatem in persona: non autē ad vnu in natura. Ad cuius intellectum aduentur est quod natura nominat locum id quod pertinet intrinsecè ad naturā rei, suppositum autem & persona dicunt rem in se, & per se subsistente: sicut enim natura vel essentia absolute respicit esse, sic persona vel suppositus respicit esse per se, & in se esse, propter quod aliqua nō dicuntur fieri, vel esse vnu in natura, nisi dupliciter. Vno modo, quia confutant vnam substantiam, sive sui compositione, sicut materia & forma confituntur substantiam cōpositi, sive sui corruptione, sicut elemēta, constituant naturā mixti. Alio modo dicuntur aliqua vnu in natura, quia non sunt diversæ essentiae, sed vnu est essentia, & reliqui non, sed modus essentiae, sicut fundamentum propriæ non dicit aliam essentiam vel naturam à respectu, & si realiter ab ipso differat, vt oīfēsū fuit lib. i. di. 30. q. 2. Et primus quidē modus affirmatus est. Secundus quasi negatiuus. Simili modo aliqua dicuntur fieri, vel esse vnu in persona, vel in substantia, super quam fundatur ratio suppositi, vel personæ dupliciter. Vno modo, quia ex eis sit vna substantia causaliter, sicut ex hac materia, & hac

Sancto Porciano

forma sit substantia compositi: alio modo, quia vnu habet propriam substantiam, aliud vero non, sed inexistentiam, sicut Sortes & albedo eius.

10 Ex quibus faciliter concluditur quod assumptionis nō est terminata ad vnu in natura, quia natura diuina & humana non possunt esse vel fieri vnu primo modo, quia ex natura diuina & humana non potest cōstitui vna tercia, nec sui cōpositio, quum se non habeant, vt materia & forma, sive vt actus & potentia, sed vtraq; est actu ens, ex quibus sic habitibus se impossibile est aliquam natu ram tertiam cōstitui, neq; sive corruptione, quia nec natura diuina potest transmutari in humana, quum sit inco ruptibilis, nec humana in diuinam, quum sit in generabilis, nec ambas in terram, propter eandem causam: ergo ita modo natura diuina & humana nō possunt fieri, vel esse vnu in natura, nec secundo modo, quia non potest dici quod vnu sit natura, & reliquum non, quia tunc periret veritas incarnationis, & sic nullo modo potest assumptionis terminari ad vnu in natura.

11 Item nec est terminata ad vnu in persona, vt ex amabus naturis sit causa vna substantia, vel personalitas, quia effectus non præcedit causam, sed personalitas præcessit vnuionem naturæ assumptionis cum natura diuina: ergo assumptionis non est terminata ad vnu in persona, sive p; ex duabus naturis sit causa illa personalitas. Refrat ergo vnuionem sic fuisse terminata ad vnu in persona, vel substantia, & tanta personalitas vel substantia est à persona & natura diuina: humana vero solū inexsistit, & quācum ad hoc degenerat in accidens, licet sit vera substantia.

12 A D primum argumentum dicendum quod in actio ne recipio, id est est agens & terminus extrinsecus, & sic natura diuina, & persona sunt terminus intrinsecus in assumptione, sed naturam humanam esse vnuitatem personæ diuinae est terminus intrinsecus, & per actionem assumptionis acquisitus.

13 Ad secundum dicendum quod ex hoc quod natura diuina & persona præexistunt assumptionis, non possunt esse terminus intrinsecus assumptionis, nec humana natura est eius terminus secundū se & absolutus. Sed vnu eius cum natura diuina & persona, hoc enim fit per assumptionem, & nihil aliud: & ideo cum nihil sit terminus actio nis nisi illud quod sit per actionem, talis vnu est per se, & præcīte terminus assumptionis intrinsecus.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum vnu naturæ humana ad verbum sit maxima vnuionis.

Tho. 3. q. 2. ar. 9.

Secundū queritur, vtrum ista vnu sit maxima vnuionis. Et arguitur quod sic. Primo per Bern. libro de confirmatione, vbi dicit quod inter omnes vnitates arcem tenet vnu trinitatis, & post eam est vnu dignissima, quæ est in Christo, sed vnu trinitatis, est in creatura, quoniam ergo post illa vnu incarnationis sit maxima, videtur quod inter omnes vnuiones creatarum, illa sit præcipua.

2 Item August. dicit. i. de tri. quod homo potius est in filio, quām filius in patre. Sed pater & filius sunt vnu vnuitate potissima: ergo Deus & homo sunt vnu vnuitate adhuc potiore.

3 IN contrarium arguitur, illa vnu est magis vna, per quam ex vnuis sit vnu in persona & natura, quām illa per quam sit vnu solum in persona, & nō in natura, sed per vnuionem materiæ cum forma sit vnu in natura & persona, vt in Sorte: per vnuionem autem incarnationis non sit vnu in natura, sed solum in persona, vt pater ex precedente quæstione ergo vnu vnuio materiæ cum forma est maior alia.

4 R E S P O N S I O. Dicendum est primum quid sit vnu & qualiter differat ab assumptione. Et secundo videbitur de proposito. Quantum ad primum scendum est quod vnu quandoq; accipitur pro actione, per quā aliqua vnuuntur, quandoq; vero pro relatione, per quam aliquid fortaliter dicitur alteri vnuitum: & iste secundū modus videtur esse magis proprius quā primus, quia actio per quam aliqua vnuuntur magis propriæ videtur importari nomine vnuionis, quām nomine vnuionis, quandoque tamen vnu accidens.